



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum ratio errans obliget.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

¶ Super Questionem decimam Articulum quintum & sextum.

ARTICULVS. V.

Vtrum uoluntas discordans a ratione errante sit mala.

F bona, sint prohibita, erit ratio, uel conscientia errans. Et similiter, si ratio, uel conscientia dicat alicui, quod id quod est secundum se indifferens, ut leuare festucam de terra, sit prohibitum, uel preceptum, erit ratio, uel conscientia errans. Dicunt ergo, quod ratio, uel conscientia errans circa indifferentia siue precipiendo, siue prohibendo, obligat, ita quod uoluntas discordans a tali ratione errante, erit mala, & peccatum: sed ratio, uel conscientia errans precipiendo ea, quae sunt per se mala, uel prohibendo ea, quae sunt per se bona, & necessaria ad salutem, non obligat: unde in talibus uoluntas discordans a ratione, uel conscientia errante, non est mala. Sed hoc irrationabiliter dicitur. In indifferentibus enim uoluntas discordans a ratione, uel conscientia errante, est mala aliquo modo propter obiectum, a quo bonitas, uel malitia uoluntatis dependet: non autem propter obiectum secundum sui naturam, sed secundum quod per accidens a ratione apprehenditur ut malum, ad faciendum, uel ad uitandum. Et quia obiectum uoluntatis est id, quod proponitur a ratione, ut dictum est, ex quo aliquid proponitur a ratione ut malum, uoluntas, dum in illud fertur, accipit rationem mali: hoc autem contingit non solum in indifferentibus, sed etiam in per se bonis, uel malis. Non solum enim id, quod est indifferens, potest accipere rationem boni, uel mali per accidens, sed etiam id, quod est bonum, potest accipere rationem mali, uel illud, quod est malum, rationem boni, propter apprehensionem rationis: puta, abstinere a fornicatione, bonum quoddam est: tamen in hoc bonum non fertur uoluntas, nisi secundum quod a ratione proponitur. Si ergo proponatur ut malum a ratione errante, fertur in hoc sub ratione mali, unde uoluntas erit mala, quia uult malum, non quidem id quod est malum per se, sed id quod est malum per accidens, propter apprehensionem rationis. Et similiter credere in Christo, est per se bonum, & necessarium ad salutem: sed uoluntas non fertur in hoc, nisi secundum quod a ratione proponitur. Unde, si a ratione proponatur ut malum, uoluntas fertur in hoc ut malum, non quia illud sit malum in se, sed quia est malum per accidens ex apprehensione rationis. Et ideo Philosophus dicit in 7. Eth. quod, per se loquendo, incontinentes est, qui non sequitur rationem rectam, per accidens autem, qui non sequitur etiam rationem falsam. Unde dicendum, quod simpliciter omnis uoluntas discordans a ratione siue recta, siue errante, semper est mala.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod iudicium rationis errantis licet non deriuetur a Deo, tamen ratio errans, iudicium suum proponit ut verum, & per consequens ut a Deo deriuatum, a quo est omnis ueritas. AD SECUNDVM dicendum, quod uerbum Augustini habet locum, quando cognoscitur quod inferior potestatis precipit aliquid contra preceptum superioris potestatis. Sed si aliquis crederet, quod preceptum Proconsulis, esset preceptum Imperatoris, contemnendo preceptum Proconsulis, contemneret preceptum Imperatoris. Et similiter, si aliquis homo cognosceret, quod ratio humana diceret alicui contra preceptum Dei, non teneretur rationem sequi: sed tunc ratio non totaliter esset errans: sed quando ratio errans proponit aliquid ut preceptum Dei, tunc idem est contemnere dictamen rationis, & Dei preceptum.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio, quando apprehendit aliquid ut malum, semper apprehendit illud sub aliqua

C ita materiam quinti & sexti aratuli, omisso tertio, & quarto, aduerte cofessor, quod de positio erronea ronis fit no solu p opposita rone, aut ueritatis cognitione, sed etia p exclusionem ad applicationem ad opus, uerbi gra, Mulier audies a pdicatore, qd uti alienis capillis e peccatu mortale, qd e similitudo cocipiesq; ex rone audita, & auctoritate pdicatoris, talem usum esse peccatu mortale: & ex alia parte uellet uti huiusmodi capillis: & inde rone, hinc appetitu mouente, nescit soluere motiua ronis erronee contrariae appetitui suo: tñ putas absq; solutione ronis id sibi licere, unis talibus capillis. In hoc, & similibus, no est proprie loquedo, uoluntas discordans a rone errante: qd no fit cotra cofcientia. Et ro est, qd licet maneat ro errans in se, non manet tñ applicata ad hoc uelle, nec actualiter, nec uirtualiter, sed deponit applicatio illa: ac p hoc erronea cofcientia, qua i applicatioe cofistit. Licite autē hoc abique ulla alia rone fit, etia si ex impetu uel libito fiat: qd ro erronea no habet in se uñ liget, sed quatenus acceptat. Vñ ex quacumque causa non acceptet uel in se, uel in applicatione, non ligat.

9. di. 90. q. 3. ar. 2. cor. & ar. 3. per to. & 4. dist. 9. ar. 3. q. 2. ad 2. Et uerbi. q. 17. ar. 4. Et mal. q. 3. ar. 9. ad 8. Et quol. 3. arti. 27. & quol. 8. art. 13. & 15. & quol. 9. ar. 15. cor. & Rom. 14. le. 2. & le. 3. fin. Et Gal. 5. art. p. p. ce. In fm. 6. de uerb. Domi na medio 202. 10.

¶ 79. art. 13.

¶ P. P. q. 79. ar. 13.

RESPON. Dicendum, quod cum conscientia sit quodammodo dictamen rationis, est enim quaedam applicatio scientiae ad actum, ut in primo dictum est: idem est querere, Vtrum uoluntas discordans a ratione errante sit mala, quod querere, Vtrum conscientia errans obliget.

Circa quod aliqui distinxerunt tria genera actuum. Quidam enim sunt boni ex genere: quidam sunt indifferentes: quidam sunt mali ex genere. Dicunt ergo, quod si ratio, uel conscientia dicat aliquid esse faciendum quod sit bonum ex suo genere, non est ibi error. Similiter, si dicat aliquid non esse faciendum, quod est malum ex suo genere: eadem. n. ratione precipiuntur bona, qua prohibentur mala. Sed si ratio, uel conscientia dicat alicui, quod illa quae sunt secundum se mala, homo teneatur facere ex precepto: uel quod illa quae sunt secundum se

qua ratione mali: puta, quia contrariatur diuino A
praecepto, vel quia est scandalum, uel propter aliqd
huiusmodi: & tunc ad talem speciem malitiae redu
citur talis mala uoluntas.

ARTICVLVS VI.

Vtrum uoluntas concordans rationi erranti sit bona.

Sup. arti. 5.
& loquitur
in dicitur.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod uolū
tas concordans rationi erranti sit bona. Sicut
em̄ uoluntas discordās a ratione, tendit in id quod
ratio iudicat malum, ita uoluntas concordans rō
ni, tendit in id quod ratio iudicat bonum: sed uolū
tas discordās a ratione etiam errante est mala: ergo
uolūtas concordans rationi etiā erranti, est bona.

¶ 1. Præ. Voluntas concordans præcepto Dei, & le
gi æternæ, semper est bona: sed lex æterna, & præcep
tum Dei proponitur nobis per apprehensionem
rationis etiam errantis: ergo uoluntas concordans
etiam rationi erranti est bona.

¶ 2. Præ. Volūtas discordans a rōne errante est ma
la. Si ergo uolūtas concordans rationi erranti sit et̄
mala, uideatur quod omnis uoluntas habentis rationem
errantē, sit mala: & sic talis homo erit perplexus, &
ex necessitate peccabit, quod est inconueniens: ergo
uoluntas concordans rationi erranti est bona.

SED CONTRA. Voluntas occidentium Apo
stolos erat mala: sed tamen concordabat rationi er
ranti ipsorum, secundum illud Ioan. 16. Venit ho
ra, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequiū
se præstare Deo: ergo uoluntas concordans ratio
ni erranti potest esse mala.

RESPON. Dicendū, quod sicut præmissa quæstio
eadem est cum quæstione, qua quæritur, Vtrū con
scientia erronea liget: ita ista quæstio eadem est cū
illa qua quæritur, Vtrum conscientia erronea excu
set. Hæc autem quæstio depēdet ab eo, quod supra
de ignorantia dictum est. * Dictū est enim supra, quod
ignorantia quandoque causat inuoluntariū, quan
doque autē non. Et quia bonum, & malum morale
consistit in actu, inquantū est uoluntarius, ut ex præ
missis patet, * manifestum est, quod illa ignorantia,
quæ causat inuoluntariū, tollit rōnem boni, & mali
moralis, non autē illa quæ inuoluntarium non cau
sat. Dictū est etiam supra, * quod ignorantia, quæ est
aliquo modo uolita siue directe, siue indirecte, non
causat inuoluntariū. Et dico ignorantia directe uolū
tariam, in quā actus uoluntatis fertur: indirecte au
tem propter negligentiam, ex eo quod aliquis non
uult illud scire, quod scire tenet, ut supra dictū est. *
Si igitur rō, uel conscientia erret errore uoluntario
uel directe, uel propter negligentiam, quia est error
circa id, quod quis scire tenetur, tūc talis error rōnis,
uel cōscientiæ nō excusat, quin uoluntas cōcordās
rōni, uel conscientiæ sic erranti, sit mala. Si autem sit
error, qui causat inuoluntariū, proueniens ex igno
rantia alienius circumstantiæ absque omni negligē
tia, tunc talis error rōnis, uel conscientiæ excusat, ut
uoluntas concordans rationi erranti non sit mala:
puta, si rō errans dicat, quod homo teneatur ad vxo
rē alterius accedere, uoluntas concordans huic rō
ni erranti est mala, eo quod error iste prouenit ex
ignorantia legis Dei, quam scire tenetur. Si autem
rō erret in hoc, quod credat aliquā mulierē sub
missam, esse suā uxorē, & ea petente debitū, uelit cā
cognoscere, excusatur uoluntas eius, ut nō sit mala:
quia error iste ex ignorantia circumstantiæ prouē
nit, quæ excusat, & inuoluntarium causat.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod sicut Diony. dicit
in 4. ca. de di. nomin. * Bonum cau fatur ex integra
causa, malū autē ex singularibus defectibus. Et ideo
ad hoc quod dicatur malū id, in quod fertur uolū
tas, sufficit, siue quod sū suā naturā sit malū, siue
quod apprehendatur ut malum: sed ad hoc quod
sit bonū, requiritur quod utroque modo sit bonū.

par. 4. a. me.
dio ill. ius.

AD SECVNDVM dicendū, quod lex æterna errare nō
potest: sed ratio humana potest errare: & ideo uolū
tas concordans rationi humanæ non semper est re
cta, nec semper est concordans legi æternæ.

AD TERTIVM dicendū, quod sicut in syllogisticis
uno incōueniēti dato, necesse est alia sequi: ita i mo
ralibus, uno incōuenienti posito, ex necessitate alia
sequitur: sicut supposito quod aliquis querat ina
nē gloriā, siue propter inanē gloriā faciat quod face
re tenetur, siue dimittat, semper peccabit. Nec tamē
est perplexus, quia potest intentionem malam di
mittere: & similiter supposito errore rationis, uel
cōscientiæ, qui procedit ex ignorātia non excusan
te, necesse est, quod sequat malū in uolūtate. Nec ta
men est homo perplexus: quia pōt ab errore recede
re, cū ignorantia sit uincibilis, & uoluntaria.

ARTICVLVS VII.

*Vtrum uoluntatis bonitas in his, quæ
sunt ad finem, dependeat ex
intentione finis.*

*Super Quæstionis
decimonon. Artic
ulum septimum.*

Circa titulū arti
culi septimi,
aduerte, quod licet ha
ctenus de uolūtate,
i. de actu interiori
uolūtatis, in hac quæ
stione tractari sit: i
hoc arti. quæstio est
de uolūtate, id est,
de actu interiori uo
lūtatis, ut distinguit
cōtra intentionē. Ea
autē necessitas quæ
stionis huius fuit, quia
uolūtas ab intēti
one saepe distingui so
let, & plurimum in
tentiō iudicari in cō
tinua morum fre
quentia, uoluntatis
ex intentione accu
sari, uel excusari.

2. di. 38. ar.
4. ad 4. & ar.
5. cor. & di.
40. arti. 2. &
in expo. li.
Art. 2.

AD SEPTIMVM sic proceditur.
Videtur, quod bonitas uolū
tatis non dependeat ex intēti
one finis. Dictum est enim supra, *
quod bonitas uoluntatis depen
det ex solo obiecto: sed in his, quæ
sunt ad finem, aliud est obiectum
uoluntatis, & aliud finis intē
tus: ergo in talibus bonitas uolū
tatis non dependet ab intēti
one finis.

¶ 1. Præ. Velle seruare mandatū
Dei, pertinet ad uoluntatem bo
nam: sed hoc potest referri ad ma
lum finem, scilicet, ad finem ina
nis gloriæ, uel cupiditatis, dum
aliquis uult obedire Deo ppter temporalia conse
quenda: ergo bonitas uoluntatis non dependet
ab intētiōne finis.

¶ 2. Præ. Bonum, & malum sicut diuersificant uolū
tatem, ita diuersificant finem: sed malitia uolunta
tis non dependet a malitia finis intēti. Qui enim
uult furari ut det eleemosynam, uoluntatem malā
habet, licet intendat finem bonum: ergo etiam bo
nitas uolūtatē nō depēdet a bonitate finis intēti.

SED CONTRA est, quod Augu. * dicit 9. confessio
nū, quod intētiō remuneratur a Deo: sed ex eo ali
quid remuneratur a Deo, quia est bonum: ergo bo
nitas uoluntatis ex intētiōne finis dependet.

RESPON. Dicendum, quod intētiō dupliciter se
potest habere ad uolūtatē, Vno modo ut præcedēs:
alio modo ut concomitās. Præcedit quidē causali
ter intētiō uolūtatē, quando aliquid uolumus
propter intētiōnē alienius finis: & tunc ordo ad
finē, consideratur ut ratio quædam bonitatis ipsius
uoliti, puta cū aliquis uult ieiunare propter Deū:
habet enim ieiuniū rōnem boni ex hoc ipso, quod
fit propter Deū. Vnde, cū bonitas uoluntatis de
pēdeat a bonitate uoliti, ut supra dictū est, * necesse
est

art. 1. & 2.
est

q. 4. art. 8.

art. 2. huius
quæst.

ca. 1. & 119
c. 9. articuli
dium 109.

q. 4. art. 3.

D. 3. 4.

* 8. art. 3.